Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 27 (75)

CLEMENS. PP. X.

Venli[s] frater seu dilecte fili salutem et Aplicam ben. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Universitas et homines Terrarum, seu Locorum de Varena, et Montis de Varena Mediolanen. dioec. illorumque Territoriorum incolæ, quod licet ipsi eorum agros et possessiones omni industria et diligentia colant nonnullis tn. abhinc annis fruus solitos ex eis minime prouenire, ipsosque homines et incolas, eorumque possessiones, terras, et fructus diuersis infortunijs vexari compertum est, quare ob aliquas excomis sententias id sibi euenire dubitantes, Nobis humiliter supplicari fecerunt vt in premissis oppne prouidere de benignitate aplica dignaremur. Nos igr eosdem Exponentes à quibusuis excomis suspen et interdicti alijsque Ecclicis sentijs cen. et poenis à iure vel ab hoie quauis occone vel causa latis si quibus quomlt innodati extunt ad effum prntium dumtaxat consequen harum serie absoluentes, et absolutos fore censentes, huoi supplicibus inclinati, Fraternitati tuæ frater Archiepe, seu discretioni tuæ fili Vicarie per pntes committimus et mandamus quatus si et postquam Vnitates et homines, incolæque ptti tribus diebus vnius hebdomadæ à te illis statuendæ ieiunauerint, et expleto ieiunio huoi præuia sacramentali confessione, sequenti Dominica Sanctmum Eucharistiæ Sacramentu sumpserint, et pauperibus aliquam eleemosynam erogauerint, ac ijs quibus de iure tenentur si qui sint satisfecerint ipsos et eorum quoslt à quibusuis excomis suspen et interdicti alijsque Ecclicis sentijs cen et poenis etiam in bull. die Coenæ Dni legi solitis contentis per eos ignoranter tn. incursis sine tn alicuius præiudicio in vtroque foro aplica auctte hac vice dumtaxat absoluas, Ac eorundem vtriusque sexus personas, agros, possessiones, et bona quæcumque ex parte Omnipotentis Dei ac Btorum Petri et Pauli Aplorum eius et nra benedicas seu benedici cures et facias. Preterea eisd. qui (vt ptur) ieiunauerint et confessi ac contriti Sanctmum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint Plenariam omnium suorum peccatorum indulgeam et remissionem misericorditer in Dno auctte nra pnta ea vice dumtaxat elargiaris. Ac Confessario ex approbatis ab Ordrio per eos qui ob ætatem vel infirmitatem, aut aliud legmum impedimentum vt præfertur ieiunare non poterunt, eligendo facultatem commutandi illis onus ieiunij huoi in alia pietatis opera, quæ adimplere valebunt impertiaris. Non obstan. Constonibus et Ordbus Apcis ceterisque contrijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sctam Mariam maiorem sub Annulo Piscatoris die xxvij. Martij MDCLXXVI. Pontus Nri Anno Sexto.

J. F. Slusius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876278242-18/fragment/page=0001
DFG

Venli fratri Archiepo Mediolanen. seu
dilecto filio eius Vicario in spualibus
generali.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (75)

85) 1671. 27. Mag
Clemens X 1671

XXIX, 282

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876278242-18/fragment/page=0002